



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 76. Aurelianensium Seditio contra Calvinistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

consilia, quæ contra eos cusa erant, suo Sæcul. XVI.  
A.C. 1571.  
exitu frustrari pertimesceret: eapropter  
illico Franciscus Montmorentius Fran-  
ciæ Marescallus, & Rothomagensis Gu-  
bernator unacum militum agmine illuc  
missus est, eique attributi ex Curia Pa-  
risina quidam Consiliarii, Viri integri-  
tate conspicui, & ab omni factione alie-  
ni, qui necessariam cognitionem ha-  
buerunt, & paucos ex reis extremo  
suppicio affici, aliquosque exilio multari,  
plurimos vero grandi pecuniæ summa  
puniri jusserunt: in trecentos vero ab-  
sentes tanquam contumaces mortis sen-  
tentiam pronuntiarunt, eosque depictos  
patibulo affigi præceperunt: horum  
igitur suppicio nonnihil hæreticorum  
furor deferuit.

## §. LXXVI.

*Aurelianensem Seditio contra Cal-  
vinistas.*

Insuper Aurelianensis Urbs Nassovio-  
rum Principum imperio obnoxia Men-  
se priori ejusmodi turbis agitabatur;  
quamvis enim Franciæ Rex arcem præ-  
fidiario milite muniisset, nihilominus  
Viscantini Comitatus incolæ summo  
Pontifici subjecti Aurelianensem popu-  
lum concitabant, ut in hæreticos in-  
surgeret, nec irrito conatu; quippe  
certamine ad tertiam diem protracto  
*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Ss plu-*

**Sæcul. XVI.** plures occisi, alii autem periculose vulnerati fuere: Mommejanus tamen, qui A.C. 1571. Damvillæ jussu arci præerat, sua sollicitudine, ac prudentia populi furorem tempestive cohibebat: re comperta Ludovicus Nassovius, qui Rupellæ erat, cum hac de re apud Regem Arausien sis fratris nomine per literas questus esset, petiissetque, ut juxta edictum liceret fratri probatæ fidei Viram oppido, & arci præficere, qui oppidanos in officio contineret, libenter annuit Rex, & intra oppidum acceptus est Berchonius, qui arce præsidio firmata res summa moderatione ab initio composuit, & seditiones, qui urbe ob pænæ metum excesserant, ut donum redirent, invitavit, at post aliquod menses inquisitio ne clam facta conscos comprehendi jul fit, atque auctoritate regia evocatis ex Delphinatu, & Occidania judicibus in reos animadvertisit, quibusdam mortis supplicio affectis, aliis pecuniaria pæna multatis, & absentibus proscriptis.

§. LXXVII.

**Carolus IX.** Lutetiam ingressus, atque ad Curiam delatus.

**Thuan. l.c.** Sopitis hisce tumultibus, Carolus IX. Galliarum Rex solemnii pompa Parfios ingredi statuit, ac quarto post die ipsa etiam ejus conjux Elisabetha Maxim.